

rum disponuntur : & pauperes in hoc saeculo, & non huius saeculi, saepius invisi fortunae. *No- lite* (ait) *thesaurizare in terra. Penderis caulam. In terra, ubi erugo, & tinea demolitur.* Tinea in opes? Quiddibet corruptitur auro, verum aurum non corrumpitur. Quomodo de divitijs vicitat tinea? Videtur sane de Vipera & Lima fabula. Nullo modo. *Vermis divitiarum superbia*: ait Augullinus tom. 10. *Serm. 5. de Verbis Domin.* Tinea rodit & vellem destruit: Afferatque N. tineam in opibus astruit; quia quod in vestimentis conficit tinea, facit in opibus incunatenter superbia. Otiositate vestis laborat, & tinea subintrat. Vermis otiositas est: vetatque Dominus thesaurizare in terra, ubi otiosae divitijs; quia rodit opulentiam & copiam vermibus superbia. Patet. Fumos vendit, ventos pacit: afluositate bractearum aurum, & postea elatum vaporatur in fumum.

12 Deinde profert Doctor Gentium, *In incerto divitiarum.* Quid est ergo certitudo, vel fallacia divitiarum? An quia a fortuna mutuo dantur, & licet invite extorquenti restituantur? An quia saturata improbis copiosis praestitit, ac profusa esurientis cito restaurat, denuoque deglurit, ut iterum vomat? An quoniam crescit amor gummii, quantum ipsa pecunia crescit; vocat *incertum*, quod finem non habet? Crescentes sequitur cura divitijs, maiorque fames. An quia multis multa spondent, & non adimplent. *Nihil satiat* (ait Seneca *Libell. de Moribus*) *sed magis irritat.* Unde Ecclesiastici 11. 10. dicitur: *Si dives fueris, non eris immunis a delicto. Si enim secutus fueris, non apprehendes: & non effugies, si praecurreris.* An quia ambigitur premium, cuius consideratione praevaleat divites; & cum opus est illis, nihil opes? Estimatio est, prout unicuique placent, vel displicent. Inutiles iudicantur, ubi civitilitij ducuntur. An quia fallunt? Potissimum ratio. Usus divitiarum divitijs sunt: incertaque iure vocantur, quia vel in usu deficiunt. Dispersae elabuntur e manibus, servataeque revertuntur a profectibus. Hic est divitiarum articulus: non habite, ut habeantur; & habite, non habentur; quippequam in illis collocat incertitudinem, qui amovet utilitatem.

Astruit ipse Paulus. Divitijs huius saeculi obijcit Deum vivum (illis est mortuis adest Moneta Dea) *qui praestat omnia abunde ad fruendum.* Nota. *Ad fruendum.* Fructus, aut fruius est possessi usus; quoniam non praestat, qui minime concedit & usum praestitit: & Deus in collatione omnium confert etiam fruiionem: quippe in donorum usu clarigitur dignatis utilitatem. Certitudo divitiarum pa-

ret ad oculum: fluunt, euntque & redeunt. Divitijs saeculi manent, & permanent. Permanentia rerum, quae conferuntur ad usum, non est permanentia, sed fallacia: & divites saeculi habent divitijs in incerto divitiarum; quia in possessione evanescit usus opum. *In incerto*, quia exitus anceps. *In incerto*, quia ludus est: modò apparent, modò non. *In incerto.* Qualitercumque decipiunt, cum iudicentur opes, & adfint vepres.

13 Spinae divitijs dicuntur a Christo. *Qui autem seminatus est in spinis, hic est qui fallacia divitiarum suffocat verbum.* Quis crederet, ni Christus revelasset? Ait Gregorius *Homil. 15. in Evangel.* Spinae divitijs sunt, & divites quiescunt? Conspiciunt aspidum veterno miseri, ubi stimulari sentibus stertunt quasi insensati. Cathalepsim absdubid habent, qui divites sunt: percussit eos Dominus divitijs, & non doluerunt. Vepres igitur sunt opes. Caeteram quomodo, cum divitiae delectent, & fentes lacerent? Nullo asident divitijs & spinas pacto, ni sit opum voluptas iucundè molesta, & veprium vulnera dulcia. Plura signavit Gregorius ubi supra, ut pateat obtutibus, quod divites egerunt & esurierunt. Divitijs proprie opes sunt, si pro tempore dices utuntur; spinas, si derinentur: signatque Dominus spinas opes; quia ut illas habeant, & habentes, laborant divites. Offunduntur gratis pallore auri, atque levigatione rutila argenti. Offusi excutiunt, minimeque divitijs, & spinas distinguunt: unde contingit ambientibus cogitatione thesauros, quod amplectentur avidè vepres & tribulos.

14 Incauta huiusmodi decipula divitum dicitur *fallacia divitiarum*, embolium & deceptio, apud Matth. ubi supra, & Marcum cap. 4. 19. Ecce divitum maxima calamitas: & opes sunt, & fallaces: illi autem non a divitijs decipiuntur, sed a deceptio divitiarum. Ludunt, & eludunt eorum oculos, scaena versatili designante thesauros: sequuntur vanida, amant mutabilia: at divitijs splendore deceptores, ut per iocum alie lacerent, convertuntur in vepres. Causa conversionis quaritur. In promptu est. Divitijs ut ferviant habent, sin autem non sunt divitijs: & vepres opes otiosae iure designantur; quippe sine usu solummodo pungunt. Divitijs sunt iuxta Gregorium, quae non divites faciunt. Si detinentur sepulta opes, haud faciunt divites. Ideo Seneca ubi supra: *Non potes esse dives, & felix.* Si neminem pecunia divitem fecit, sed usus; cuius nam utilitatis erit invisus thesaurus? Vana omnino pretiosorum copia; quia nihil, & inutile paria. Apud cadit illud Horatij:

*Quò mibi fortuna est, si non conceditur uti?*

Permanencia opes, quae dantur ad usum, non est permanentia, sed fallacia.

Matth. 13. 22.

Greg.

Jerem. 5. 3.

Ni opibus utantur divites, convertuntur in vepres.

Marc. 4. 19.

Divitijs animorum pungunt.

Senec.

Horat.

DIDASCALIA IV.

Omnia humana breviter & caduca.

Senec. I Nquit Seneca de *Consolation. Ad Martianum* cap. 20. Gnome celebrior Ecclesiasticae Regis dicens: *Vanitas vanitatum & omnia vanitas.* Experientia docet, & Salomon audiendum, quem voluptatum praenit. Mentè enim alta reponuntur, quae a penitentia docentur. Expectare fortunam in anfractu, felicitatem in lubrico, ubi periculum fecit caput alienum in lubrico, ubi periculum, & malo sapere, quod saepe Phrygibus & tarde & pessimè. Hem! Nescit homo in praeruptis vanitatum, tot impendere discrimina rerum? Omnia describit Salomon: & vana omnia. Fiunt sub Sole: necessariò mutabilia. Per universa vagus, modò hoc, modò illud amavit, sed in fructione non quievit. Inabitilias prodit gaudiorum inanitatem; atque tridium, ludum & deceptionem: promittitur namque lata possessio aviditati mentis; ac invenitur in laetis labor & afflictio cordis.

Gaetilia mundi vana.

Et falsa bona.

Arias Mont. O signat tormentum, & votum.

Homini vota, qui nera.

Quid pulchritudo? Aetate perit: vel florens capitur. Flores apparent, & tempus putationis ante tempus. Vide *Tautol. 4. Didasc. 8.* Quid opes? Divitijs si affluant, nolite cor apponere. Scientia rutilat? Cum sit mundi; & circa mundana, stulticia est apud Deum. Honores? Onera sunt. Diadema? Nobilibus servitus. Mundus? In maligno positus est. Artificialiosa, verum fabula vana. Decipit illecebris & fascinationibus oculos, dum figurarum praerit forma, & delictatum figura. Mare salum, ubi supernat animi frequens amaritudo, & apparent rari nantes in gurgite vasto. Spatiosum, ubi reptilia; non magnum, ubi iacent merita. Magnum in naufragium: tranquillum, & astuosum, ubi cymba temporis trahitur & subtrahitur vita gemicibus: vanitas vanitatum, & omnia vapitas.

2. Post singula Salomon (uti notat Benedictus Arias Montanus hic) addit in Hebraeo interiectionem *O*, quae Latine amplius explicatur per *Ob*, vel *Hei*, Figura quidem praetextata, atque significatio iuristica. *O* votum, & doloris exprimit: patet in Davide dicens: *O si quis mihi daret potum!* Et querulo Ieremia exclamante: *O vos omnes, qui transitis, & c.* Votum rei cupita est, non possessio; dolor autem signum accepti fulminis, vel inflicti vulneris: promittitque voce exponit Salomon mundi noxia blandimenta; quia nihil votis, praetatur, quam vulnera voluntaria.

Tom. I. Taut.

Concipit animo cogitatio in volitante felicitate copiam & ampliore abundantiam, quam multis auris, & adumbrat fascinatous oculus cordis, satioreque fore voluptati possessam, quam phantasmate depictam. Felix obinet, & felicior homo penitentium miser irretitus malis, quaerendo felicitatem; cognoscat serò, quod conceperit dolorem. Haud quiescit cor in votis, licet illudum, hiatque ex aequo alio rependere iocum. Nihil novum sub sole. Similiter, fallitur: Sors tacet lava, & similis alea; verum spes oblectamenti non excidit. In sua fata ruit: & *O* subseribit Salomon, quae vox dolentium; quippe sunt vulnera omnia vota mortalium.

Et ludi- bria.

Nihil est voluitatis in mudo.

Pler. Valet, sed bona vana.

Nulla bona, qua peritura. Genes. 1. 2.

Io. 1. 2. Marc. 10. 35.

Iam expressio interiectionis patet: & alia quavis muta clamorem emittit. *O* live circulas in Arithmetica nihil significat. Salomon autem numerat omnia bona, sed peritura; in quibus felicitatem collocant corda mundana. Graphice namque in hoc animorum delicat illices, quibus decipiuntur miseri homines: & *O* nihil significans vocat orbis oblectamenta; quia licet consequantur opantes, nihil omnia.

Per ciphram *O*, pulchritudo significatur. Si *O* nihil est, apta descriptio: fallax igitur gratia, & vana est pulchritudo. Etiam divitiarum signum, cum sit moera rocorda. In orbem volvitur: inanis porò erit, quae subfistit in puncto. Satiat ab Aegyptijs mutationis hieroglyphicum apud Plerium Valerianum lib. 39. cap. 1. 1. 3. & 18. de *Circulo*. Si levis subsistentia; ruina prompta, gaudium futile & nihil stabile. Mundus etiam per *O*, seu circumlotus torus signatur, apud eundem, cap. 19. & etiam nihil: omnibusque universi bonis inditur nota nihilitatis; quia & perita, & inspecta vana sunt omnia.

3. In auctoritate petrita lateo. praetextata singularis sententia. Dixit Discipulis Assurtores. N. post cenam novissimam: *Usquequod non petistis, quicquam in nomine meo, petite, & accipietis, ut gaudium vestrum plenum sit.* Quid queritis, Domine? Nonne accesserunt Iacobus & Ioannes dicentes: *Volumus, ut quodcumque petierimus, facias nobis?* Regnaturum & gloriose arbitrantur, primatque sedes appetentes petunt. Cur ergo nihil aliteris petivisse, ubi culmina regni conabantur as-

E cen-



Igitur temperantia. Chryf.

cendere: Quomodo usquemodo non? Nihil spirituale petere ostendit: inquit Chrysofomus Homil. 66. in Matth. Quod ambiunt, regnum est, sed temporale; iudicantur Christum Dominum in terris simulac resurgeret, regnaturum: & nihil perhibet postulasse in petitione primatus regni; quia temporalia omnia momenti parvi. Acumen vulgare: ad nova descendamus.

Usquemodo non petistis quicquam. Non? Etiam. Quod petistis magnum, & nihil est. Bona secundum rationis pondus, & quietem animi arbitra mente iudicari debent, non vero iuxta fallacissimam trutinam ambitionis; quia mendaces filij hominum in stateris: & usquemodo nihil petierant, etsi summa culminum postulaverant; quippequam quod hominibus videtur aliquid, utpote temporale iudicatur quasi nihil. Bonum & gloria que praterit, est gloria inanis, & fluit: in dignitate apprehenditur umbra, non corpus, quod coalescit ex umbris. Has abigere a corde discipulorum bonis æternis conabatur Dominus; cum importuna consobrinorum audacia fuisset ambitiosus petitus: nec quicquam asserit postulavisse ponderis, comparatione, aut respectu bonorum æternitatis.

Aitru in sequentibus periodis sententiam. Petite. Gratiam promittit, & non gloriam temporalem, qua utpote levis, est inanitas cordis, vento allecti, & vacuitate ducti. Ex gloria utique oritur gaudium: & petere iubet largitor munerum; ut gaudium sit, ex fruitione plenum. Qualis namque gaudij plenitudo, ut gaudeant plene? Sequitur sane gaudium possessionem boni, sed iuxta boni conditionem erit conditio gaudij. Gaudium incompletum est gaudium temporale, sequens temporalia bona: plenum autem sequens bona spiritalia. In illis & ex illis gaudium erit, sed vacuum: amplius in istis, quia plenum: plenitudoque gaudij collocatur in cœlestibus bonis, percipienda nequaquam in perituris.

Et plenaria.

August.

Hancine gaudij plenitudinem Augustinus Tract. 102. in Iohannem in eo statuit, quod plus addi bono non poterit. Perperam igitur in mundo demulcebant plenum gaudium; cum in illo nil pateat, quod sit perfectum. Plus licet addas, vel in fractu languescit; & tunc magis animus appetit: inanitateque ostentant bona possessa; siquidem in eorum satisfactione penuriosissima esuriunt misera corda.

Marth. 20. 22.

Perpende. Nescitis (dixit ambientibus) quid petatis. Nescientia defectus rationis est: postulantis, seu extorquentibus thronos, dixit merito, Nescitis: quia in nullo magis patet rationalis mentis nescientia; quam in nocua aviditate cordis post bona vana. Nescitis.

Si scirent, nec peterent, nec appeterent: igitur insectia solummodo poterat peti, fucata maiestate fubdole falli. Nescitis. Quasi reclinatorum thronos stitunt, & nesciunt: quippe non sedes maiestatis sunt, ubi sedeant, sed undevant. Nescitis. Splendore purpure fascinantur oculi vana spectantes, ac in fallaciam nidam currunt precipites. Impetu cæcè optatur, ac votum nescitur: equidem requirentibus celsitudinem throni, occurrit ignis halans vaporem fumi. Haud occurrit in sublimitate thronus, ubi obsequios colantur; sed fumus occulta transcendens, quod fuscè splendorem lachrymentur. Nescitis. Thronos promiserat Dominus in regeneratione perpetuos: nescireque asserit postulantes in terris culmen & thronos; quia summa fatuitas est propter vana & caduca, temere æterna.

Math. 19. 23. Et negligit celestia.

Deinde. Bulimiam ambitus, ut valeret, cœlestis medicus benigne cohibens, Usquemodo (inquit) non petistis quicquam. Nihil planè. Desideria cordis circa caduca fatigantes, thronos postulantis, vana ambientis, patens expressa, sed nulla. Quomodo nulla? Quia vana: nihilque astruit appeti in huiusmodi gloria; cum iudicentur nulla bona terrena. Solum petitur, & nihil petitur. Minus nihilo nihil est: at si coronæ, aut mundanæ maiestatis confertur; nihil, ut inanis splendoris appareat, ponderosus ratio librat.

Nulla vota terrena.

Grande convivium Baltassar fecit optimatibus regni, & cuncta turbavit in pariete manus scribens. Videris, quomodo futilia sint hominum gaudia, & merore subacido plena. Gaudium in Principis geniali convivio miscetur molestissimo dolore; ac sententia, & iudicij obscuritate festinum fecit ferale. Qualia tædia, si talia gaudia? Comminabatur contra candelabrum manus, dum Rex indigebat luxu, & obtequebatur fastui. Scripsit manus, Mane, Thebel, Phares. Scripturam interpretatus est Daniel, & ait: Thebel, appensus eris in statera, & inventus es minus habens. Si in bilance appensus est Rex, sceptrum, pompa, corona, gloria, opulentia, & solium; quodnam igitur tantæ molis libramentum? Nihil. Inconcusso iudicio. Quantumvis totum forte in hac vita nanciscatur; nihil prorsum ex omnibus homo in possessione potitur.

Daniel. 5. 25. Vers. 27

Et gloria maxima nulla.

Observe. Nihil in hac lance reponitur: in illa verò purpura collocatur. Æqua ne erunt pondera? Neutiquam. Momentum stateræ æqua lance nec trepidat: ad nihilum ergo delabitur. Nihil, & sceptrum in trutina sunt, sed sceptrum inventum est minus habens. Si nihil, nihil est, nec leve, nec grave; quomodo in libra nihil grave; & sceptrum cunctis apparet leve? Merito fulgore regimem, & insignia

12.

Cæcè bemo appetit caduca.

Error nibilo.

Pater in rationis trutina.

Antigonius gressu de Corona. Saaved. Solorz. Valer. Max. Erasmo. Plutarco

Natal. Comes. Vinc. Chart. Sagitta signa radorum.

Sceptrum spectrum.

regiminis homines aliquid arbitrantur. Blandimine gloriæ & leges rumpunt, & iura prohibito frangunt. Inania haud censentur temporalia, cum mirè resplendeant: & minus nihilo appensa exponuntur in trutina; ut sciant homines, quod vel in fulgidis consequantur inania.

Causa liquet. Hæc pondera circunquaque versantur. Et Midas, & Nemesis trutinam habent: hæc rationis, ille cupidinis. Proponuntur mortalia mortalibus spectanda, & hic eorum innotescunt studia. Aliqua librant, plusquam vota conceperint: alia minus quam apparent. Leves homines æstimant præ nitore pondera gravia, cordati verò inanitate levia: & in bilance ingeniosa nihilli, & gloriæ; apparatus mundi gloria levior, quam nihil; quippe si in libidinis, & ambitionis statera fallaci plus æquo continet; in trutina rationis minus nihilo pondus splendoris molestissimum pendit.

Vel in Ethnico huius ponderis cognitio floruit. Inventa sorte ignara corona, Rex Antigonus dixit: Tollat te, qui te non novit. Vide Didac. Saavedra in Idea Principis, Symb. 20. Solorzan. Emblem. 15. Valerium Maximum lib. 7. cap. 22. Erasim. & Plutarchum in Apophtheg. Haud cœcutivit radijs diadematis, nec labrico splendore vanitatis. Eufcioli, quia in statera levatur, plurimi pendunt: Antigonus nihilli. Coronæ radij hunc illuminant, dum illis alij caligant, Caligant sane copioso splendore diadematis; quum Rex, ut revocentur stupidi in sanam mentem, prospicit lucide in illo coruscant inanitatem.

Radij apud Profanos sapè pro sagittis accipiuntur: quapropter Solem in dextera sagittas habentem ( quia circum emicant effulgurantes radij in modum sagittarum, uti notant Natalis Comes in Ovidij Metamorph. Fabul. 8. & Vincentius Chartarius de Imag. Apoll. ) supplices venerabantur. Omnia temporalia in circulo sunt, voluntur: ut irritent, micant; sed eeneant. Discrimen inter stultos & prudentes stat in eò, quod illi uti rudes interficiuntur acuitate fulgoris: & cordati odorantes, quod venena lateant; caute fugiunt peritura, ne percant.

Cogitabam aliquando Anagramma sceptri. Sceptrum istdem literis constat, ac Spectrum. Spectrum phantasma est: sceptrum autem insigne Regum; ac eisdem characteribus vox satur ut indistinctum: quia licet ut effulgurans desideretur avide humana gloria; non aliud est possessa, nisi phantasma, spectrum lucidum, ac voluptuosum terroculamentum cordium.

Mendaces filij hominum in stateris Tom. I. Taut.

(ait Plalmographus) ut decipiant ipsi de vanitate in isipsum. Ad ascendendum; subdit Hebr. Statera dolosa abominabilis. Per stateram notatur iustitia: & abominabiles facti sunt homines in studijs suis; quippequam ubi ratio debebat, affectus librat. Sub Sole larvata iustitia cultu ac specie, latet iniquitas: libram etiam habet; ubi cuncta æqua lance examinet, inviolabilis integritas. In hac libra mensa Solis est, ubi quoque examen ipsum librat: atque a Davide ( quia homines usurpant ) tanquam mendax, infallibilis statera iure rejicitur; siquidem inter mala, quæ patitur rationalitas; nullum erit acerbius, quam falsa veritas.

Plalmi 6. 1. 10. Hebr.

Agro fertur falsa veritas.

Mendaces sunt utique in stateris. In dextera lance pender longitudo dierum, & idest æterna: in sinistra verò divitiæ & gloria. Hæc pertranseunt in momento temporis, illa autem permanent in circulo durationis. Bilanx traditur in manus hominum; ut sciant eligere bonum & reprobare malum: æternum cadit, quippe virtus corrumpit: gloriæ temporalis libra patet sublimis: & vocatur filij hominum mendaces in stateris; quoniam apud illos & leve lumbos gravat, & onus levat: quandoquidem transthoricum, & momentaneum eligitur; quasi æternum gloriæ pondus operaretur.

Et assinator bonorum falsitas.

Mendaces in stateris, ut decipiant. Quænam & quorumnam deceptio? Interpretatur lectio Hebræa. Mendaces ad ascendendum. In ascensione culminum, ascendendum erit periculum, non aliorum: cur ergo dicitur ad ascendendum mendaces, ut decipiant; & minime, ut decipiantur? Illi quia munerum onere gravantur, levitatem maiestatis agnoscent: alij fatui præ voluptate dolorem non sentiunt: & hos incaute ascendentes decipiunt; quia cum in statera præ levia ascenderit sursum, ut sequantur decipiunt, qui sunt deorsum. Ut decipiant. Apè: & etiam ut decipiuntur: igitur ascensione spectantes sceptrum; ostendunt oculis spectrum ludicrè mimicum.

Decipitur boni nei in statera.

De Spectro aliqui opinantur fieri in phantasia, quæ fingit corpus: alij verò in aère. Consule, si libet, Martinum Delrium Dissquisit. Magicarum lib. 2. quest. 27. sect. 2. Quomodo cunque sit, quodlibet est officina levitatis. In aère si pendet, non subsistit; ac in phantasia evanescit. Non quod oculus contueatur, sed quod placeat, aut lubet, concupiscitur: decipiunt profectò, & decipiuntur in pondere mente levi, & gravi corde. Sceptrum, & spectrum in statera sunt: hoc cupitur, illud autem timetur: & filij hominum mendaces facti sunt in stateris, & ponderibus dolosis: igitur

Ubi stant spectre Delri.



tur formidant, quod debent affatim concupiscere; & concupiunt studiose, quod oportet formidare. In trutina falsitas, & veritas, vana & bona, sceptrum & spectrum libratur: & in istatera (quæ illis Lesbia regula) decipiuntur; quia videre spectrum & stare, audacia est cum discrimine cordis: verum & fingere, argumentum levissimi capitis.

7. Restat discutiendum Hyperbaton, Ut decipiant ipsi de vanitate in idipsum. Quid hoc ipsum, in quo ipsi decipiant de vanitate? Vani cum vanitate de vanitate contendunt, Mutuò vincunt, & vincuntur. Contendunt: Ipsi in una lancis parte, vanitas in altera libratur: ut cogitant floride Glossa Magna & Genebrardus hic. Sed quid? Vanitas preponderatura. Quare? Latet in conferentia moderamen ambitionis; quippe patet inanis maiestatis. Vanitas quos vult exaltat, licet inanis; ut saltem habeant, pondera culminis. Spe ponderis elevat vana manus: leves ascendunt: & ascensione perleviores fiunt. Hic error multos involvit: circumspectioni consulunt eorum, qui egent elleboro; & collocant in regiminis fastigio: unde liber desipiunt, & furiosus fanatici debacchantur.

Deinde. Vani cum vanitate pendunt in bilance, ut ipsi in idipsum decipiant. Ipsos vanitas, an ipsi vanitatem? Creperum sane. Lis dirimetur. Qui sunt isti? Filij hominum. Genebrardus subdit: Potentissimi. Illi, quibus avide, ad insaniam usque, felicitas cum dote ignorantia nupit, quibus fortuna pedesqua est, cæcæque servit. Potentissimi, quibus omnia cadunt in sinum, prospera ad nutum, secunda ad votum. Filij hominum, qui humana sequuntur, felicia sectantur, in quibus vertitur beatiudo caduca, colligentes ex Tantalii hortis fumigera poma. Hæc pondera illorum, reliqua verò apud illos sunt vanitas vanitatum. Unde mendaces & decipientes; quia sublimiores levitatis pondere, tunc magis decipiuntur à ludente vanitate: igitur levem maiestatem in stateris extolentes, in examine patent æquo leviores. Ni leves fierent, haud quaquam in stateris ascenderent.

8. Modò ad primum propositum. Vanitas nihil est, ideo vanitas. Hæc libratur: ex alia parte plausus, divitiæ, regna mundi & gloria eorum, quæ omnia à filijs hominum vanè desiderantur. Aliquid censent, dum cupitè avent; ac, ut vanitas eorum oculis pateat, nihil plus cunctis in libra momentum stateræ inclinat: igitur univèrsa (cùm nihil nihilo minus non sit) quæ felicia, corda arbitrantur in mundo; in bilance rationis libratur minora nihilo.

Scatera ista dolosa non est bona, quippe

bona non librat. Mendax appendit levia, quæ non sunt bona: hisque ponderibus filij hominum decipiuntur; quoniam non pondere, sed vanitate levantur. Quam contempta res est homo, nisi supra humana se exerxerit! Proferet Seneca Præfat. in lib. 1. Quasi. Natural. Quod latè videbimus Tautolog. 4. Didasc. 7. Perquam aptè. Homo constituitur per rationem, cuius finis veritas: res erit penitus contempta, si sequatur terrena, quæ omninò falsa. Supra humana, ut sit homo rationalis, erigendum est caput; quia tamen revideant cuncta sunt lutum.

9. Cæcum à nativitate sanavit Archilæus Dominum N. Iesum. Mira res! A sæculo non est auditum. Si opera non fecisset, quæ nemo alius fecit, peccatum non haberent, verum tot miris exculationem non habent. Mirificum revera portentum, sed mirabilis collyrium. Lutum Dominus fecit ex spu, & livit lutum super oculos eius. Lutum potius apponitur, oculos obnubilatum, ne videant; quàm ut lumina extincta flammescant. Quomodò igitur lutum medicamen cæco aptum, videndo Solem? Ut clarè videat. Omnia sub Sole vana, ac ad speciem tantum pulchritudinis forma. Oculus cæci informis nihil in sæculo viderat. Mirabilia utique videnda primo oculorum iacta: & ne admiratione vehatur, lutum primò oculis adhibetur: illa ut sciat, quæ mirantur oculi splendida, mentita specie esse splendide vana.

10. Cæco dies illuxit, ut univèrsa videret. Exortum est in tenebris lumen, sed simul cum luto exortum. Si lutum oculis inducitur, & in luto lumen; quicquid viderit lutum erit. Hoc portò in medicina intenditur, & indifferetia utriusque manifestatur: cùm idem sit aciem extendere in univèrsam, ac conspiciere planè rutilans lutum.

In tenebris lux est orta. Misericors Dominus & iustus gratiam fecit, & medicinam adhibuit: gratiam in acuminè claro, ac medicinam mirabili luto. Imago univèrsi, maxime prima, oculi curiosi obtaturo fallere subdole poterat: & ne lumen oculorum depredaretur animam, ostentans gloriam, ac loco pacis inferret animo bellum; admovit & lutum: ut per hæc nova & ingeniosa conspiciat luti, apertius videret vanitatem univèrsi.

Modò video, inquit: modò luto cæcitus: siquidem rerum imagines, quæ quibant introumitti, excludebantur ab obice luti. Cæcus est genus humanum, inter mundi prospera sequens inania. Priùs nihilum cæcus viderat: modò quod aliquis nihil: & videt modò; quippe quàm inter vanos & vana, prospera mundi bona videntur nulla.

Uni-

Senec. Homo erit rationali; supra humana erectus.

Ioan. 9. 6.

Mundi spectabilior gloria omnino laetæ.

Conculcatio terrenorum singulari conspiciunt.

Ver. 25

11. Univèrsa lustremus. Cæcus quidam ut videret, ad solum proiecit vestimento appropinquavit. Vidit. Pridem reliquit pallium, quàm vidisset mundum. Non à nativitate cæcus erat: gloria mundi luminem lumem extinxerat: & præcavens callidè geminatum periculum; ne cæciter iterum, reliquit pallium. Idem Christus intendit in cæco, liniendo lumina luto. Ille ut videat, pallium dimittit: hic lutatur, ut dimittat. Quid enim sunt terrena omnia, nisi quædam corporis indumenta? Ait Gregorius Magn. Homil. 32. in Evang. Quia ille priùs viderat, vana reliquit, ut iterum tanquam vana videret, lutum huic admovetur, ut videns, videat & deserat vana: igitur univèrsam (quod pulchrum) necessitudo despicendum; si in cunctis pro magne prospicit lutum.

12. Vidit Amos Dominum, in cuius manu erat trulla. Chald. In manu eius iudicium. Septuag. Interp. Adamas. Alij: In manu eius argilla, crystallus. Quamnam hæcine, & quorundam varietas lectioem? Propositum faxò habemus. Argilla massa lutea est, crystallus verò conspiciua: ex his conspiciuntur conspiciua, ut videant oculi vel fascinati, vel fæsi: ac in fabrica hominis argilla exponitur ad videndum; quia ad discretionem rerum alia nulla crystallus aptior, quàm lutum. Ad vitreos confugimus in dubio lumine, ut lumina acuantur ascititio splendore: & iudicium crystalli proponitur in argilla; quoniam rectè tunc iudicantur mundana, ubi per crystallum conspiciuntur terrena. Adamas etiam adhibetur. Animi in adamante fortitudo signatur: de quo Pier. Valerian. Hieroglyph. lib. 41. cap. 36. igitur haud adharebit voluptati per vana; si cuncta (etsi pretiosa) iudicantur ex iure terra & argilla. Denique: argilla massa glutinosa est, qua terrenis pedes adherent: perperamque homines iudicabunt de caducis; dum cæci & allucinati stolidè detinentur à terrenis. Supra humana erigendi sunt, ut sint homines filij hominum, cùm inferiora sint vanitas & vanitas vanitatum. Vacua igitur gloria, quoniam humana caduca. Succinit Ioannes Mariana hic.

Omnia sunt nibili versus qua continet orbis: Conatus vani, gaudia falsa, iocus.

Conspiciua luti clarissima.

Pier.

Hic videntur vana omnia.

Mariana.

DIDASCALIA V.

O quantum est in rebus inane!

1. Auli Persij vox Satyr. 1. quæ sopitos animos veterini suavitate, & dormientes in vanitatis umbra valide

excitat. Oculus pellicit simplicium animam specie extimæ pulchritudinis, oblitam miserè agnatæ nobilitatis. Exteriora animitus coluntur, intima propositò pessundantur, & gloriosa posthabentur. Pomum vidit mulier, & noverat toxicum in pomo latere. Comedis vsæ botica: Insanus, Parvi pendet, ubi arbitratr malum, ut pulchrum oculis. Hæredes filios reliquit pulchritudinis studium habentes: igitur agnoscentes lethale toxicum, placide in prærupta sese projiciunt, modò scena versatilis placeat oculis. Speciosè errant: ait Philosophus Cordub. de Brevitate Vita, cap. 6. Errant, licet speciosè. Haud excusatur crimen pondere levitatis.

Primogenita, divina providentia, donanda Iacobo non primigenio. Indultria erat concessura, quod natura digne negarat. Ars fuit esse matrem. Vicit ipsa natura periculum igitur Rebecca vestibus Esau valde bonis induit Iacobum. Quid ergo? Nactus primogenituram, ut sensit Isaac vestimentorum fragrantiam. Utiq;e caligaverat oculi: quandoquidem sola cæcitate excusatur distributio tenera, qua non Iacobo, sed vestibus datur primogenitura. Præclarè apud Deum & homines Iacob meritis. Optima electio: decora promotio, sed non decorè. Dotes animi clamant, & vestes micant: igitur indecorum imputandum, inter tot dotes prævalere vestimentum.

Non error ætate perijt, sed gravior perstat. Nota: cæco Isaac Iacobus proponitur alieno, ac insolito cultu. Odor cæco, esto: verum color? Quo pacto cæcus allicieret elegantia cultus, & habitus? Quia cæcus: ni vanitate cæciterent homines, haud in culminibus resplenderent vanitates. Fragrantia dicitur, quæ vento fertur: lubricæque pendit iudicium in distributione honoris; dum pro famæ trahitur fragrantia vestis. Cæcis oculis colores admoventur. Delirium est. Quis inficias it? At error serpit. Quod non scernunt lumina, pingit & colorat phantasia. Penicillo cupidinis & affectionis obumbrat haud quod videt, sed quod vult: & cæcus sibi vendicat discretionem; quia pro meritis tantum pingit imaginem. Si pendunt placitura à phantasia; animo proculdubio placebunt picta.

2. Dat census honores; decantatur usquequaque ex Nasone lib. 1. Esstor. Quid vestimenta? Non præstantia, sed figura; non decor, sed color mirè delectat. Ni ad extra ornetur, ut oculos titillet, & blandiatur luminibus; quod dudum colebatur teritur pedibus. Zelotypam Iunonem arte Iupiter placaturus, Platææ imaginem, quam pellicem oderat Iuno, molliissimis vestibus, exquisitissime

Extimæ estimantur.

Genes. 3. 6. Quod ingratum, si placeat, gratum. Senec.

Genes. 27. 27. Exteriora videntur sed à cæcis.

Decorat phantasia.

Imago tantum placet.

Ovid.

Fingitur splendens in terrenis.

Gloss. Genebrardus. Qui levior pondere dignitatis.

Genebr.

Infaturatur felicitate feliciter.

Gloria mundi nihilo levior.



Dum sub  
trahitur  
culcus,  
patet do-  
mum.

que coloribus à Pallade ornatam, lepidule  
comptam duci insit in curru, & comiter salu-  
ta: amplissimo foro. Obstupet irata Iuno, &  
regiam vocibus inflat; ne tantum dedecus in-  
iungatur inultum. Ad terras descendit in Iri-  
de, & vincitur arte: igitur ex abrupto accen-  
dens ad currum, conscilla veste, lignum patuit  
auratum. Riserè, & Iuno placata: siquidem  
illa, quæ prius plaudebat manibus, procul-  
cabatur à feminis pedibus. Vide Natalem  
Comitem, Martianum Capell. & Vincentium  
Charar. de *Imagin. Deor.* fol. 130.

Imago  
Placae  
qualit

Imago  
larvata  
symboli  
sufurro-  
ni.

Rumu-  
sculi prae-  
sentanea  
medicina  
qualit

Utilissimum occurrit documentum; prius-  
quam investigemus propositum. Facile & pla-  
cidè rumulicem oritur, feminatus in corda  
vitrea à vili vasra discordia. Ultrò citroque  
desertur, & fovetur à pectore facili, & puncta  
cogitatione. Præterea ornant, parerga fecan-  
t. Verbis ad speciem lucidis monstra pin-  
guntur, coloribus variegantur: rutilant, sed  
fictè: fictumque veritatis simulachrum colitur  
à cordibus, dulci hoc veneno nutritis. Plurimi  
rumore quasi delicijs pinguescunt, & alij ta-  
bent. Veritas officijs, technis, strophisque la-  
tet, unde ovans fallacia respendet. Quid ergo  
? Morsus est aspidis? Ambigitur. Potest  
esse, & proclive levamen. Vestis lucida dis-  
rumpatur, extricetur, denudetur: egredietur  
namque ante omnium ora praestigium ele-  
gans, & larva pulchra; lignum auratum, quod  
pridem pulcherrimè cultetur; verba fucata, et  
torum vox, nihilque præterea: siquidem ex-  
humata veritas risu lenit animum, inferendo  
pectori quietem; ipso mendacio, quo dudum  
percitè calliditas excitaverat bilem.

Modò in propositum. Pedibus calcatur  
imago venusta, atque apprime ornata? Uti-  
que. Nudatur: quid mirum, quod nuda pedi-  
bus conculcetur? Nudatur: iam non amafia  
lovis, sed trochus pueris. Lemur nequaquam  
colitur, ridetur igitur, & deridetur. Hodierno  
luxu spectatur hic ludus. Qui à fortuna prius  
extollebatur, flet sub rota. Discrimen in ve-  
ste stat. Miser siquidem infulus, ac prætexta  
nudatur; illicòque cunctorum pedibus teritur.

Nudus  
despicit-  
tur.

Genes. 1.  
2.  
Haye.

Terra  
quia nu-  
da, teri-  
tur.  
Ibid.  
Hebr.

Terra dicitur à terendo, eò quòd teratur. An  
quia terra? Utinam! Sine floribus stabat in-  
compta: & teritur; quia nisi culta, non colitur.  
Nominè *Magna Matris*, Terra post ab  
Idololatris culta, (observat Vincentius Char-  
tar. de *Imagin. Deor.* fol. 139.) quæ incunabulis  
nec vîta, quia vacua. Eadem modò quæ  
prius, sed inest excollecta cultus; quippe si nu-  
ditate proculcatur incompta, florida palla à  
cæcis plauditur magna. *Nihil & nihil erat.*  
Nec ornata viretis, nec infertata arboribus,  
neherbis, nec floribus incunabulis præstat, &  
planè vacua. Vacua dicitur nihil: essentiam

traxit à veste. Nihil ergo vocanda, si patet  
nuda.

3 Hac infami nota & propudioso cha-  
racterè describitur in principio terra. *Nihil &  
nihil erat.* Expende: *Erat*, & dupliciter nihil,  
quasi posset esse nihilum aliquid. Epitasis de-  
formitatis est, verùm acta (incuria hominum)  
comprobant infeliciter praxim. *Nihil & ni-  
hil*, legit Hebr. pro *inani & vacua terra.* Ad  
inquirendum, quæ terra nihil, si terra? Docet  
Philippus Abbas in *Cantic. titulo 4. §. Recapi-  
tulatione. Terra inanis & vacua Adam &  
Eva: quoniam quidem Eva & Adam post-  
quam Diabolo consenserunt, statim inanes, &  
vacui.* Grandis terminus; sed abstrusor. Summi  
operis molem subimus, atque in nodum ope-  
rose devenimus. Primiparentes nihil sunt?  
Nihil specula Deitatis? Nihil in orbe primi  
homines? Diabolo consenserunt, & sanè ni-  
hil. Illo iactu pulcherrima natura, conditione  
paulo minus ab Angelis minorata, lapsa est  
& miserè. Quid novi quòd in mundo nihil sit  
vel homo primus, cum è fortunæ vertice no-  
tetur lapsus?

Genes.  
ubi sup  
Hebr.  
Philip.  
Abb.

Homo la-  
pius pro  
nihil.

Sine gra-  
tia Dei.

Genes. 3.  
7.

Idem nu-  
dus.

Genes.  
ubi sup

Vanitas  
plurimè  
curat de  
veste quæ  
de salute.

Deinde. Nihil habetur post patrimonem  
criminis & transgressionem legis, prima pro-  
genies in conspectu Solis. Quis censor? Deus?  
Cælum? Angeli? Inducant rei. Ipsi cognorunt,  
*se esse nudos* Nudi, & lapsi vertigine vani-  
tatis, attonitique stabant expertes mentis:  
& nihil quasi terra ipsi vocantur; quia in vo-  
luptatis horro nudi videntur. In ipsi primò  
vanitas suscepit hospitium, atque indigena  
perstat filiorum hominum. Ingredditur, sed  
non egreditur: facul & blande pectori copu-  
latur: igitur inter illos adeò crescit insanias; ut  
nudi terra notentur, quia terra nuda.

Præterea. Lapsus, nudus Adamus, & uxor  
eius fecerunt sibi perizoniata, cognita nuditate.  
Nuditas lapsum anima indicat, ac  
cognitio nuditatem corporis. Ad corpus ve-  
ste, ad lapsum opus est medicina: & loco do-  
loris sufficitur perizoniata; quippe prius  
currunt avidè ad vestem, quam ad optabilem  
undecunque salutem. Æger & nudus magis  
gratiæ quam salientem in vitam, febris sitim  
sedaturam, debet appetere, quam levem  
foliorum farragine indui; & contuit folia.  
Cur ita? Vultus cordi inerat, nuditas palam:  
priusque vestis ceatoncula corpori aptatur;  
quia nihil videtur homo, si in illo nihil vi-  
detur.

4 Patet isthæc aviditas duntaxat ad ex-  
tima mundi, ubi sedent iudices carni oculi,  
quin obtutus cæli allaturus sanitatem ægri  
cordis subeat commodò mentem. Machina  
rationalis labat casu, ruit consensu, lapsaque  
instabilis facta; cæcè vulnerata manet & nu-  
da.

Ibid. v.  
9.10.

Amplio-  
ris mor-  
sifici  
fuit Ada-  
mo nu-  
ditas cor-  
poris,  
quæ obi-  
go nudi-  
tatis.

Ibid. v.  
19.

Terra  
dicitur  
bomo,  
quia nu-  
dus teri-  
tur.

Psal. 48. 13.

Gabr.

da. Vocem medici ad salutem, luminis pro-  
caccitate, firmidinis pro deliquo gratiæ deni-  
que ad ornatum, audit homo tot plagis male  
petitus, & iudici (medico tanti contagij) rationem  
redditurus; & abscondit se: ita ut Do-  
minus diceret: *Ubi es?* Ille verò: *Vocem tuam  
audivi & timui, eò quòd nudus essem.* Fatue,  
omnia nuda & aperta sunt oculis eius, luci-  
dioribus Sole. Times, eò quòd nudus, an  
quod lapsus? Fugiant à facie Domini pecca-  
tores, sed non nudi. Cur ergo Adamus cri-  
minis reus, non quia peccaverat, sese abscon-  
dit; sed quia nudus erat, aufugit? Hem! Am-  
plioris pudoris & penitundinis fuit Adamo  
nuditatis corpus, quam origo nuditatis. Gra-  
tiæ nuditate, seu spoliatione, cælo manebat  
invisus: corporis autem duntaxat mundo des-  
pectus: eoque adolescit stulticia vanitatis, in  
fascinatione inanis prorsum honoris; ut eru-  
bescat Adamus, non quia lapsus, sed quia nu-  
dus: siquidem modò cultè gloriosus inspiciatur  
à mundo; flocci pendet quòd maneat in-  
visus cælo.

5 Plecitur iurè vanitate ac philautia,  
quæ laborat æger & egenus; retundente Do-  
mino inflatos animos, ac ferventes spiritus:  
igitur transgressionem contestata, & confessio-  
ne prævia, sententiam in Adamum profert  
laboris, *donec revertaris* (ait) *in terram, de  
qua sumptus es, quia pulvis es, & in pulve-  
rem revertaris.* Quò nititur stolidè tanta mo-  
les? Proccedit ab origine? Dudum terra. Ab  
exitu sumitur? Cadaver putidum, horridum,  
& inane hominis simulachrum. A pulchritu-  
dine vanida corporis terreni, vilis? Et modò  
moreris. *Pulvis es.* At quomodò pulvis mo-  
dò? Homo è pulvere, sed pulvis? Homo in  
pulverem fit, & ibit; sed pulvis nequit esse  
quandiu sit homo. Motus ad oppositum ter-  
minatur: nemo in id, quo constat, revertitur.  
Si in terram revertetur vita functa, modò  
terra? Est nodus, aut gryphus? Latè hoc tes-  
timonium illustrabimus *Tautolog. 4. Didasc.*  
*7. n. 7. Didasc. 8. n. 3. & 13. n. 3.* Exprobrat  
Deus Adamo, quod timet, ostendens etiam  
quod cæcum latet. Quia erectus è pulvere,  
evanuit ignobilis; dicitur pulvis. Terra sanè  
est: quippe fit terra nuda teritur pedibus; uti  
terra teretur nudus Adamus.

6 In eum Davidis farcinus patet. *Ho-  
mo cum in honore esset, non intellexit.* Homo  
sine intelligentia non est homo: & in honoris  
gloria Adamus laborat cerebro. Si homo non  
est, quid? Nihil. Nihil homo? Nudus videtur,  
& nudus pro nihilo reputatur. In honore  
erat, sed ignorabat: ergo post lapsum didi-  
cit. Næ: quæ igitur? Acellum se finxit Iudas.  
Vide Gabrielem in *Apologis*, Gabrielem Fæer-

num Cremonens. Andream Alciatum *Em-  
blem. 7.* & Claudium Minoen hic. Afellus  
erat sanèquam Iudis; siquidem in honore  
comparatus est iumentis. Gratiam superne  
indutus, in orbe primus est habitus: timor in  
reptilibus firmat reverentia in animantibus  
comprobat. Sibi enim arrogat, quod imagini  
desertur: afellusque vocatur in dignitate;  
quia quod homini grato, refertur homini.

Clarius promam scientiam, & ignorantiam.  
Nesciebat Adamus principi gratus in  
superiore culmine, honorem non sibi fieri, sed  
gratiæ. Post didicit non sibi, sed gratiæ de-  
ferri, quam fuerat indutus; cum omnium tre-  
mens fugeret aspectus. Cognovit, & fugit.  
Quare? Expoliaverunt eum semivivo relicto  
uxor & serpens, ac domestici latrones: in  
honore non intellexit: & lapsus agnovit, obse-  
quium præstari vestimento gratiæ, non nudita-  
ti naturæ. Labitur, & mens vexatione acui-  
tur: siquidem malo didicit utrinde lethali, cul-  
tum tantum deferri homini vestito, sed non  
homini: quippequam homo nudus in mundo,  
haud circumspicitur homo.

7 Intendens Soter N. pauperes à diviti-  
bus foveri, memoriam facit epulonis, & mendici:  
ceterum meditantè notandus sapientia  
stylus. *Homo quidam (ait) erat dives, & in-  
ducebatur purpura & bysso, & erat quidam  
mendicus nomine Lazarus.* Lazarus nomi-  
nat, non verò divitem: hominem etiam vo-  
cat divitem, sed pauperem haud signat ho-  
minem. Lazarus homo est, & Epulo nomen  
habet. Quare enim & divitis nomen tacetur,  
& Lazarus mendicus homo non dicitur? Sub-  
est ratio. Lazarus est pauper, probus erat; at  
dives improbus. Huius nomen celebratur  
dispalecens in mundo: illius autem scriptum  
erat in cælo: nomenque Epulonis tacetur,  
ubi Lazari proditur; quia priusquam divites  
agnoscantur nomine, produntur improbitate.  
Mirum sanè, quod mendicus nomen ha-  
beat, & inhumanus dives amittat. Haud mi-  
rum, si cogitetur consilud, quare hominibus  
nomen ipsorum. Ut designent individuum  
substantiam, homines meditati sunt nominis  
notam: divites autem epulones, & locupletes  
non sunt sicut ceteri homines. Hi distinguntur  
vocibus, divites verò agnoscuntur crimi-  
nibus.

Homo dicitur dives, Lazarus verò non ho-  
mo. Individui eisdem speciei sunt: at in Laza-  
ro non apparet species. Lazarus nudus erat,  
vel veste pannosa; divesque bysso induebatur  
& purpura. Cultus delicatus, ac gloriöse splen-  
dens, gloria hominis fit: per vestem definitur.  
Si hominis substantia non aliter constituitur  
à sæculò; Lazarus uti nudus non erit homo.

Fæer-  
Alciat.  
Claud.  
Min.  
Homo in  
paradijs  
affellus  
Ispili.

Quanta  
speciè gra-  
tias

Erbescit  
in mun-  
do nudus  
quia à veste  
plauyus.

Luc. 16.  
19. 10.

Magis  
dicitur  
agnosci-  
tur crimi-  
nibus, quæ no-  
mine.

Homo  
nudus non  
est homo.



8 Obvia venit Assertoris sententia insignis erga doctrinam voluntariae paupertatis. Si quis vult post me venire, abneget semetipsum. Laboriosum videtur D. Gregorio Homil. 35. in Evang. mihi misero (clamanti: Quis me liberabit de corpore mortis huius?) impossibile. Abnegare se quisquam, est non esse, quod est: non esse quod est, est impossibile; quippe astroitur simul esse, & non esse. Qua ergo via sequetur documentum, si idem mater quisque, abnegando semetipsum? Clarius igitur. Discipulis ostendit ascensurum ad caelos, semitam arcam: homines utique sunt. In homine semetipsum abnegare, est esse non homo. Quo pacto non erit homo, & erit; ut abneget semetipsum? Mundana proterens, & nudas procedens. Nodus Gordius, Homo est nudus, non est homo? Haud videtur in saeculo homo, qui nudus. Semetipsum abnegare est esse, & a se desicere. Homines hominem constituunt voluntarie per vestem: & Christus, ut homo terrena renunciet, iudiose monet, ut sese abneget: quia idem est indui formam voluntariae nuditatis, ac exui libere constitutivum hominis.

9 Succinit Gloſa Interlinealis in Lucam, cap. 9.2.3. in proposito acumen, & vivide. Sua quomque, & se iubet Dominus relinquere, & abnegare: ut se, & sua unusquisque inveniat in regeneratione. Scopus exponitur sic: Non tantum sua, sed etiam seipsum, secundum quod fuerat homo. Per sua quisque est, an per se, ut homo in se constituitur per sua? In se per se constituitur per sua, quali per suppellectilem, spinet, aut vestem definitur a saeculo: & reliquit sua, secundum quod erat homo; quia apud factuos mortales destruitur essentia hominis, in amplexu dulci pulcherrimae voluntariae paupertatis.

Terrena omnia sunt quaedam corporis indumenta. Non praesentia, aut dores animi alliciunt oculos; sed corporis elegantia, & commendabilis cultus. Homo & est per substantiam rationalem; & per substantiam. Si eiusmodi evanescit, deficient indumenta corporis, & homo nudus evadit. Non ergo erit pauper homo; cum deficiat inter homines conditio rationalitatis, deficientibus coram corporis indumentis.

10 Haec exponens, Novus homo a Gregorio ubi supra, dicitur Christus, qui seipsum abnegare docet sequentem. Quoniam singularitas apparet in homine nudo, ut vocetur paupertate novus homo? Verus & carnalis homo omnia operabatur ad speciem, non verò ut decebat hominem. Omnia, ut plaudeatur a saeculo, ut raperetur a saeculo, inanis gloriae cupidus. Contraria adhibet mundo vanti-

tate laboranti, coelestis medicus, rationaliaque committit; & mundus cum non cognovit. Ignorat? Utique. Novus homo erat: & ut novum, ac peregrinum mundus ignorat hominem; qui homines docet voluntariam nuditatem.

Deinde. Meditatur homo, hominibus principari; non ut homo, sed illecebris, quibus incaute inescantur homines. Auram captant, aves volantes sequuntur, fumos vendunt. Unde molliter ornati, sedulo compti, nam de singulis capillis in consilium itur; malunt ut obijcit, & taxat Seneca de Brevit. Vitae, cap. 12. turbari Republicam, quam comam. Nudi ac lacera velle ab his despiciuntur, ut non homines; quia constitutum hominum arbitrantur lucidas vestes. Nonne novus homo videbitur Christus amanti mundo, ubi per vestem constituitur homo?

11 Hoc conditionis humanae delirium in ruinam, ac non in respicientiam, expertus est Israel sine luce, & duce. Hunc ergo quarebant miseri, & caeci, dum pro fortuna obijciebantur cruciamini. Quemque videbat, & primo iactu eligebat in patronum: Ipe levaminis sine delectu augurabat & domesticum, dicens: Vestimentum tibi est, princeps esto noster. Quia paulo cultus ceteris indumentum, invitatur ad thronum? Absint ineptia. Nunquam & nusquam non ratio princeps, cum natura regat sapiens. Eligendus ne qui prudentia praestat, & instrumentis commendabilibus pollet: cur nam ad moderamen languentis varicantis Republicae non hominem homo, sed vestem eligit? Error criminis pena fuit: externa specie rapti, hominem splendore vestis cogitantes, in principem eligunt, Republicae consulentes. Sanè infanti: quandoquidem solummodo sine intellectu poterant eligere cultum, cum deberat uti solidi in regem sollicitare intellectum.

Molestia aggravabat hostiliter corda, inter angustias inteliciter deprehensa. Neque angor, neque amaritudo revocant intellectum in mundi huius vanitate sepulchrum. Homine moderato opus erat, ne Republica fauciat periret. Homo intenditur, sed eligitur cultu: moderatio expectatur, sed veritatur in ornatu. Ut quid vestimentis electio? Homo nudus non est homo. Haud inquiritur in homine natura rationalis, sed forma fascinantis splendoris: & figura falso alleci, hominis eligunt vestem; sese arbitrantis elegisse hominem.

12 Flagitij huius terrerimum exitum etiam ibidem exprimit testimonium. Electio veste fit. Princeps esto, dicitur: & illico, Ruinae haec sub manu tua. Quam ruinam? Ut eriga-

Ioan. 10.

Essentia natorum morum. Seneca.

Isai. 3.6

Figura eligunt, & non substantia.

Forma non natura.

Ibid.

Seu vult imperium.

Non merita eliguntur, sed munera.

Leon. Castr.

Lucida veste teguntur crimina.

Psal. 34.26.

Adulatio enervosa.

Ignominiosa reverentia.

tur imperium, penè lapsum, sustinagium submittitur; & ipsamet electio labat, aut labitur? Profecto. Eligitur homo ad summum regimini speciem nudè propter lucidam vestem: necessariumque intentum subsequetur ruina, in eiusmodi labili suffragatorum machina: quippe quam specie pulchra, & tenui amiculo, vice rationis elevatur homo.

Uterius. Si per vestes, tanquam per insignia notantur dignitates, uti purpura Reges; (observatur à Picrio Valeriano lib. 40. cap. 40.) detegitur suave nocumentum, quo saepe laborat aliquorum suffragium. Neutiquam quia rectè rexit, sed quia rexit, electus igitur ad regendum assumitur. Munus non meritis, sed muneris designatur. Ruinosa siquidem erit electio; ubi munus vacuè eligitur, & non homo. Digno admittitur vestis, & non est princeps: principatur indignus, quippe cum veste. Non attenditur ad fortunam eventricem, qua vestem muneratus obtinuit; sed ad munus, cui purpura honorifica congruit; ignorante per se suffragatore, & simiam sericis, & asinum exultare leonis exuvij. Ruina haec sub manu tua: igitur ad honorem & dignitatis culmen, muneris vestem assumpsisti, non hominem. Verum de hoc alibi fuse.

Ceterum notanda Leonis à Castro sententia. Hoc enim loco exponit mentem ludæorum de electioe inter Christum, & Barabbam. Pro Christo Principem Barabbam elegerunt (nemo à pessimis, nisi pessimus beatur) & electioe labascunt. Ruinam sane allatura electio prava, ubi suffragabatur in omnem aeam superbia: igitur si amiculo tantum eligatur homo, vice Principis apparebit & latro.

13 Imprecationem David pro huiusmodi plausibus intellectus offendit. Induuntur (inquit) confusione, & reverentia, qui magna loquuntur super me. Gratulatio assentationis describitur, & etiam adulatoris malignitatis designatur. Non de me, sed super me magna, dicit. Seipsum, & blandientes David agnoscit: quoniam gloriosi dum blandicijis cerebrum evacuat, modesto intolerabile onus imponitur. Sat. Verum quale vinculum reverentiae, & confusione? Confusio pudor est, reverentia verò cultus. Pro eodem diversa à Propheta accipiuntur, dum vaniloqui magna gloriose fantur: quia frontis confusio est, cultu quarete principem, & invenire latere latronem. Oggrassantur quam multi oculos fascinant splendor rutilo vestis. Vel confusio vel reverentia praeparanda. Inquiritur: Quis est hic? Faxò respondetur: Vel latro, vel princeps est.

Tom. I. Taut.

Cultus & ornatum & adorationem significat. Iam enim exhibetur adoratio cultui, quia circumornantur, ut similitudo templi. Ut Dij ambiunt reverentiam cultu vestis pulcherrimo, quippe sic idolorum ostenditur adoratio. Poliuntur, expoliuntur, & levigantur. Quicquid in idoli adoratione contingit, cultui etiam vestimentorum usvenit: siquidem veste homines intendentes reverentiam; ambiunt confusione penitus ignominiosam: igitur detracto vestimento imaginis, deformitas apparet execrandi latronis. Operiuntur bombicis ad insit, dum operantur. Elegancia habitus ut extollantur, in ima assumuntur. Assumptio & in ima? Certè. Cadunt ubi surgunt homunculi: siquidem conantes reverentiam in veste, induuntur phalerati confusione. Haud quocumque frequens hominum ignominia revocatur sensus: inanis utique mundi huius species rapit amplius stupidos. Nec discrimina movent, nec exempla luadent: tanta est dementia cordis; ut plus vani inescantur casta splendoris apparentia, quam rerum optabilium vera substantia.

14 Paradiso errabat mulier incaute curiosa vagabundis oculis, ac artibus libertate revincenda vinculis. Fragilitatis laxatio est. Lapsus exponitur, quae facilitate caspit, igitur exultatione ostendiculum parat. Obvium habuit serpentem, qui callide toxicum propinavit. Pravo igitur libertatis manere, lactanteque adorationis specie (Quid fortius feminea pectora cogit?) nititur in vetitum: suaviterque decepta nescit Eva, & evanescit. Ruit miserè singularis pulchritudo ligurite palato. Casum spectavimus, & usu subimus. Elæe subdola illecebram contempletur. Britis (inquit) sicut Dij. Haud videtur fustelator callidior serpens, in illice dignitatis. Sicut, modificatio est, iminuit honorem. Altruat igitur & si vafre deitatem: utique iam habebat similitudinem. Ego dixi; Dij estis. Quid ita serpentes concinant philerum, ut inescantur potius Deitatis similitudine, quam Deitate?

15 Sese siccit veripellis inimicus in genium mulieris, ut spiris fallacia decipiat incautam subtilitate blandiminis. Efficaciorum decipulam excogitavit; ubi non in frustra recita tetendit. Femine plus blanditur rerum species, quam res ipsa. Opinioe gaudet, imagine tument: non Dij, sed sicut Dij alerit meditanter futuri, quorum satagit decipi; quoniam inter pretium & speciem, arcibus humana conditio figit oculos in imaginis forma, quam in substantia. Non ignara forte cautus explorator instruxit infidias, suavioribus hamis phantasia: fingens illecebras. Britis sicut Dij. Vacillat femina valido ictu, & sub rutilo

F gla-

Quasi idolo.

Pena omnium.

Fragilitatis laxatio revincenda est ad corruptionem.

Genes. 3. 5.

Psal. 81. 6.

Plus moras salutaris vestis, quam nuda vestis.



gladio, & sub dulciore veneno. Sicut, haud momenta rerum minuit, sed auctoritatis aviditatem fovet. Huiusmodi similitudo inantitas est, & Deitatis formido: quam reapse possidet: summa gloria in rationali natura: & serpens subdole parat femina puramputam deitatis similitudinem; quippe prius quam gloriam, sequetur inanitatem. Necdum & crebris icibus mens revocatur a toxico, quo corda mulcentur. Manent vividius imagines, quibus mortales trahuntur. Aspernantur vitiosa: & ita sequuntur vana; ut exhaustum videatur eorum inextinguibili siti, quicquid & quantum est in rebus inane.

DIDASCALIA VI. Probitas laudatur & alget.

Iuven. 1. Concinnit Iuvenalis Satyr. 1. Illustris utique sententia, & ingenij vivacitate non vacua: siquidem definit & tempora, & mores, quibus plauditur virtus virtute, ceterum alget fortuna non comite. Delectat mentem decorus, vel inconcinne habitus, quippe super nos signatum est lumen vultus. Verum si in cordis hospitium progreditur, quia nuda, ianua pracluditur. Malunt in mundi huius pelago homines naufragium facere, quam nudum exire. Homo, quem cernis (de nudo loquitur Iacobus Billius in Antholog. Sacr.) nisi larva. Facet. Larva siquidem hominibus terrorem incurrit. Amici pauperis (ait Salomon) procul recesserunt. Paupertas contagium signat, ita recedunt proferat, ne pestis ferpat. Amicitia horologii index calamitas, & Lydius lapis miserabilis nuditas: proculque amici recedunt, dum nudum videntur amicum; quoniam terret phantasmam felicitate laesam, in nuditate amici videre larvam.

Lapis vocatur misera paupertas, & filia apud Antiquos infelicitatis. Ad Claudium Minoen in Emblem. 120. Andreæ Alciati. Filia dicitur infelicitatis, quippe fortunæ alumnus solummodo dives: & pauper paupertatis merito ploditur, quoniam ille immeritè manibus plauditur. Celebris est Iuvenalis gnome Satyr. 3. v. 164. Haud facile emergunt, quorum virtutibus obstat Res angusta domi. Et Satyr. 7. v. 59. Neque enim cantare sub antro Pierio, thyrsimve potest contingere maesta Paupertas, atque aris inops, quo nocte, dieque Corpus eget: satur est, cum dicit Horatius Euboe. Vide Selecta apud Iaacum Grangeum, Ber-

trandum Autumnum, & Domitium Calderinum hic. Modò ad collationem cum lapide paupertatis.

Lapis paupertas est: & lapis offensionis, quoniam omnes offendunt in lapide paupertatis. Lapis a ledendo dicitur: & pauper meritò dicitur lapis; quoniam de iactu in pauperem tanquam laesi, quaruntur divitum oculi. Lapis est: insensibilis natura saxorum: sic esse debet & inopum: igitur ad tot superbiorum toleranda ludibria, habere expedit frontem, & viscera faxea. Lapis teritur, & proteritur: despectus pauperis pectora rumpit, & corda fastidio percutiendo mordet: ac adamantis imitar inops describitur; ne crebris icibus importunè frangatur. Ut adamantem, & ut silecem dedi faciem tuam, dicitur Ezechiel. Ad quid igitur flex & adamas in inopis fronte? Pauperis astruitur conditio, & fors misera precis, dum vacillans appropinquat conspectui divitis: igitur dum supplex frons adamantinam fortitudinem suscipit; icta despectu facies, ut silex prae rubore flammescit. Lapis pauper est, sed aptius Litropius lapis. Hac enim pretiositate ornatum mirati sunt Gygis annulus; quo gestantes invisibiles fiunt. Claret perspicuus in inope, quod in Litropio cogitatur lapide: igitur quasi nulli existentes, sunt profectò divitibus invisibiles. Larvæ (si occurrunt) miseri iudicantur: dives ad inuitatos pavet aspectus. Si videt, curiosè respicit, quippe paupertas ridiculos homines facit. Stat: sed contenta voce clamat: Phantasma est. In principio terra dicitur: Invisibilis, & vacua. Invisa, annuo; quoniam circumdata pelago: ad invisibilis terra? Erat & vacua: nondum auro repleverat viscera. Nuda profectò obijcienda oculis: sufficitque paupertas, ut appareat invisibilis.

2. A summæ felicitatis apice, & innocentiae culmine in abyssum miseræ prævaricans ultrò labitur Adam. Qui dominus beneficio charismatum, servus agnosceitur streidore eate-narum. Proh nefas! Eò magis deploratur misera servitus, quò solum prominebat, à quo lapsus. Iam non homo, sed pulvis dicitur: Terra inanis, & vacua post peccatum: ut vidimus Didasc. præced. nam. 3. Circes est poculum pomum mortiferum? Præstantius. Nos omnes præter Virginem, criminis socios, & prævaricatores, mutavi in porcos, aut similes fecit esse iumentis. At quomodò Adamus post prævaricationem, terræ poterat esse similis, & cum esse incunabulis? Illo tunc terra dicitur, Vana, vacua, ac invisibilis. Ita Adam? Ita. Antea plenus, postea vacuus. Qui dives, pauper, & nudus: & quasi terra vacua invisibilis visibiliter Protoplastus inno-

Lapis symbolis paupertatis.

Ezech. 3. 9.

Litropius invisibilem generantem facit.

Math. 14. 26. Genes. 1. 2.

Terra invisibilis, quia vacua.

Circes poculum peccatum primum.

Pauper invisibilis est.

tescit; quia comestione poni pauper apparuit.

Genes. 3. 9. Soli Deo derelinquitur pauper.

Psalm. 9. 24.

Math. 23. 12.

Mar. Victor. 3. 9.

Paupertas invisibilis, invisibilem facit pauperem.

Ibid.

Deus cognoscitur in pauperis cognitione.

Verl. 8.

Cognoverunt se esse nudos, qui paucis antea momentis conditione liberiore autumabant, coronandos. Mutaverunt inaniter gloriam suam. In brevi quidem transgressi sunt ad inopiam: vocemque Domini, illam vocem asserunt esse, inter suspectos undecunque timores; quoniam folus Dominus Deus requirere quibat pauperes.

Præterea. Oculi eius in pauperem respiciunt, & pauperem; secus homines: si in pauperem respiciunt, ne casu offendant: pauperem verò nunquam: igitur quasi invisibilis, si forsitan obvis oculis. Ideo dicit: Ubi es? Ubi est divina benignitas in inopum inquisitione, & in modo apparet ludibrium futurum & fanna de nuditate. Ubi es? Ait: scit Dominus, & interrogat. Cur ita? Scit Adamus, ubi sit, Dominum non ignorare, & Dominus objicit, quod futurum in prole: siquidem quantumvis sciant proximorum nuditatem, & pudibundum laborare inopem; transibunt, quasi minime viderent: inquirent, quasi nescirent.

Ubi es? Dominica vox ad Adamum, quasi oculis præteriverit. Ideo vocat, & vocatione a scelere ad penitentiam revocat: verum vocando non nominat. Ubi es? Quis? Adamus nax: miserè iacet, & quia iacet & miser delitescit: qui exaltatus & superexaltatus abditur nudus: sed ut magis crucietur, manet anonymus. Ubi es? Nomen aboletur? Vestitur plodendus ex horto voluptatis; sed nominatur. Ecce Adam. O pauperum fors misera! Ecce derisum significat, & sarcasum: atque Adam modò indutus pellibus enunciat; quia pauper nominatur, ut insultetur. Ecce Adam. Iam videtur, qui rubore latebat: cordis compassionem nuditas ztzizat: ceterum semper laborat egenus. Si later, non queritur: si videtur, subannatur. Ecce Adam, dicunt divites in hoc sæculo, digiti inustione, & naso adunco: siquidem aspiciunt, non ut videant nudum inopem; sed ut derideant, aut rideant in misero paupertatem. Cæcè aspiciunt opprobrium nuditatis; quia nisi contumeliosis, non patet oculis.

4. De Assertore N. dulcissimo Iesu pro nobis indigna patiente dixit Evangelicus Vates: Vidimus eum, & non erat aspectus. Quomodo non aspectus, si dicit vidimus? Non erat Christo Domino in cruce aspectus, quia padebat despectus. Videbant sanè in quem transigebant, vitum dolorum, scopum contumeliarum. Quo pacto igitur videri non potuit, in quem concilium malignantium pravitate prævaluit? Vitam (ait Sanctus hic) instituit inopem, suoque exemplo paupertatem docuit. In nodum incidimus. Quodnam igitur paupertatis consortium cum suspens-

Verl. 7.

Solus Deus in pauperem respicit.

Inopi & nudus videtur, & non videtur.

Genes. 3. 22.

Nominatur in derisum.

Isai. 53. 2.

Sancti.



Inopia nocet oculis.

Notte tentationis luminis? Fascinatio ne lae-  
cet, ut ex paupertatis doctrina inopis corpus  
redicetur phantasma? Lolium paupertas est,  
oculis nocet: & visus pauper videri nequit,  
quia in nuditate, vel forfeuto tendentia, ca-  
ligare subito lumina. Non erat aspectus,  
quoniam erat pauperis, nudi corporis: lux igitur  
paupertatis copiose rutilat in corda cha-  
ritate flammantia, quae indurat simul saxa  
pravitate viscerum: Oculis ianua est, pauper-  
tas divitibus virus; ex quo agrè laborat oculus.  
Unde emissit radijs nuditatis studio  
clauduntur lumina, ne videntur ab inopia.

Et clauduntur, ne videntur.

Pauper invisibilis, ut subveniatur, & videtur, ut blasphemetur.

Deliquit illiusmodi lucis oculorum  
aperte comprobatur inimicorum ludibrium.  
Proterantes blasphemabant, & Sacerdotum  
principes illudabant. Quomodo videre ne-  
quibant, quem illudentes videbant? Acrem  
verberant, dum exultant, & insultant? Neuti-  
quam. Nudum magistram, & exemplum pau-  
peritatis agnoscent; sed videntes non conspi-  
ciunt, igitur nudus invisibilis oculis, ut subve-  
niatur, subfannationi patet, ut blasphemetur.  
Quid mirum, quod non esset aspectus, ubi  
videbatur nudus? Necessarium patet inspectabi-  
lis, qui pendebat invisibilis.

Ioann. 19. 25.

Adhuc inter amicos grassabatur haec  
pestis. Observe diligenter amicorum itationem.  
Stabant iuxta crucem: soror matris  
eius Maria Cleophae, & Maria Magdalene.  
Haec Ioannes. Eadem, sed aliter memorantur  
ab alijs Evangelistis. Stabant notae a longe,  
& mulieres: inter aquas erat Maria Ma-  
gdalene, & Maria Jacobi, & mater filiorum  
Zebedaei. Matth. 27. v. 55. Marc. 15. v. 4. &  
Luc. 23. v. 49. Antilogia celebris. Iuxta &  
longè contraria sunt. Quae itaque via qui iux-  
ta crucem erant, longè aberant? Aliquid  
magnum indicant vocula. Nudus magister af-  
fendit in ligni cathedra, docturus affectus  
voluntariam inopiam. Qui longè sunt, tumul-  
tariae obiecta oculis discernunt; qui vero  
iuxta, discriminatim agnoscent; & quia iuxta  
crucem, quasi essent a longè, non aspiciant,  
videntes obiectum, pra nuditate.

Matth. 27. 55.

Longè sunt qui iuxta in opem.

Psal. 87. 9.

Expulsi à cruce paupertas, quae traxit  
blandè compassionis affinitas. Erant ibi, &  
iuxta; atque ibi non erant: quasi procul  
itaque, qui videbant, adstantes: sed nudum  
videntes, minime vident. Querimonia de nu-  
ditate, postquam de genitore, legem hanc  
delicat. Longè autem fecisti notos meos à me.  
Haud notorum statio procul, siquidem omnes  
assisabant ibi: distantiam in praesentibus in-  
opia fecit, igitur iuxta conspicientibus nudita-  
tem in cruce; nuditas fecit; à nobis ut videre-  
tur a longè. Venit Iesus ut videntes viderent,  
& non viderent. In ligno crucis edisertum

enigma: noti longè, & noti iuxta: siquidem  
nuditatem cum viderent; videbant longè  
quasi non aspicerent. Noti eius: verum non  
notus ab eis. Per faciem uniusquisque cognos-  
citur: ab oculorum acie nota fecerunt: &  
amicorum oculi ibi languerunt pra inopia;  
longè abeuntes, dum adstant pra Noti  
eius. Et non notus! Suos usque in finem di-  
lexit; & mundus eum vel aspiciens non co-  
gnovit. Noti eius. Venerunt ad eum; qui  
noverant eum prius; & videntes non vide-  
runt.

Disponit inopia, procul, quod iuxta.

Pectora saxea humana ad egestatis  
speculum Sacra Pagina intendit; dum tot  
exempla oculis avertantibus opponit. Plaga  
peccata flagellatis lobis, amissis omnibus,  
sedit in sterquilino nudus. Fama ad amicos  
pervenit sine tubis, in pernicibus pennis cala-  
mitatis. Venerunt ergo. Sed quid? Cum ele-  
vasset procul oculos suos, non cognoverunt  
eum. Multa quidem discernenda. Si proe-  
culis iacet amicus ulerosus in sinu, ad quid  
igitur oculus elevatio? An quia paupertas  
inopes praeteritum voluntarios ad caelum ele-  
vat, ut inter Divos vel vivendo constituat? Si-  
mul amici aderant, quandoquidem eum lan-  
guente sedebant. Quomodo procul, assisten-  
tes amico? Denique: licet exetus à vermibus,  
eius facies sanie non omnino disjuncta. Con-  
iuncti familiaritate continuis nudum aspi-  
ciunt: quid ergo non cognoverunt? Amicum  
nudum.

Iob 2. 11.

Pauper-  
tas vo-  
luntaria  
inopes  
attulit à  
terra.

Puder oculos divitum paupertatis amice-  
rum: B folio ad sinum descendit Iobus nec-  
re plenus, regiaeque purpurae expertus, humi  
decumbat nudus: verum illum videntes, qui  
cordi grant, oculos in caelo collocant; ut as-  
picientes paupertatem, non videant. Floret  
familiaritas, dum pollet fortis prosperitas:  
aversi sunt in adversis; qui coniunctissimi  
gloriantur in delictis. Unde oculos ad ce-  
lum elevant amici afflicti, considerantes in-  
opiam, quoniam inter familiarissimos procul-  
dubio peribit; si de caelo auxilium indigent  
non descenderit.

Stemmia est solum modo cor-  
li, indi-  
genti, opi-  
tulari.

Instat leprosi, ne recedant. cico fami-  
liares, si accedunt ad nudum; os debet inopio  
habere contextum. Levit. 13. v. 45. Inopio  
importuno ad ægrum solent adire ducti anti-  
qua necessitate; sed non subveniunt ingruen-  
ti molestiae: imò metu contagij procul reced-  
dunt, qui iuxtaque pauper os sublidium preca-  
turus; aperiat. Sedebant simul in sterquilino  
mœrentes, allecti fortiter amicitiae vincu-  
lis; oculosque fixerant in intima ulcera, a  
quibus commovebantur tenerè viscera. Verum  
Hem! Rupit inopia, diraque pauperis fidem  
familiaritatis: igitur amicos, quorum lu-  
mi-

Pauper-  
tas ami-  
corum  
exstima-  
tur cen-  
tagium.

Pauper-  
tas homi-  
nem de-  
format.

mina in inopem simul; nuditas & paupertas  
lacerant procul.

Ideo subditur: Et non cognoverunt. Ad  
oculum habent amicum: non lemel explorant,  
intente undecumque circumspiciunt: sed in  
umbra paupertatis, atque nuditatis caracte-  
re; ne indiciam; vel leve patet amici. Amicus  
dicitur necessarius, & amicitia necessitudo.  
Belle: quoniam necessitudo in necessitate  
cognoscitur, & amicitia in paupertate proba-  
tur. Est amicitia manibus, & est oculis: si-  
quidem illic ut amicus videtur nudas, debet ex-  
tendere manus. Utroque modo praestat amicitia.  
Si manca dum floret, est alicuius infelicitatis.  
Si caeca, pallanda lues supra vulnera  
familiaris indignitatis. Manu, auxilium pra-  
signatur & gratia, oculis, forma & figura me-  
moria: ita expunxit paupertate, subtili &  
crasso penicillo miseria; ut lobus agnitus  
maneret incognitus, ubi amicorum oculis  
objiciebatur egenus.

Inopi in-  
cognitus.

Sanct.

Assipulatur acuminis Doctis. Sanctus  
hic natus. 73. Aliorum relatione Iobum esse,  
norunt. Amici scientes veniunt ad eum, pro-  
spiciunt, conspiciunt; respiciunt, & cum eo  
sedentes non cognoverunt? Utique, oculus  
suis non cognoscunt: Aliorum relatione lo-  
bam credunt. Fides de non visis est: & visio di-  
vite pauper, sensus fidei commendatur, quippe  
ut nudus amicus ab amicis non videretur.

Quare?

Non cognoverunt eum. In calamitate  
tanta, fors secunda: igitur fecit in amicis non  
agnoscentibus nudum; quod amor familiari-  
tatis minime converteretur in odium. Quod  
Tobias contigit, Iobo atque ut veniret. Di-  
ves ille, celi captivus, inter externos, Regis gra-  
tia florebat: quae utpote Principis, facit amicitia,  
& ad situm redacta tota substantia; in dis-  
crimine vitae postus, & Regis futurè in om-  
nem aeam proiectus; fugiens nudus latuit,  
quia multi diligebant eum. Quod videtur in  
liera difficile testimonium, proclive intellige  
subaudiendo, & potuit. Unde sensus aprus,  
& rationi consonus auctoritatis erit: Fugiens  
nudus latuit (& potuit latere) quia multi dil-  
gebant eum: Sed modo testimonio ut iacet.  
Quod nudus, lateret, conditio profecto pu-  
deris: eeterum quia nimis diligebatur, causa  
nova, & admirabilis. Ne erga illum amice-  
rum voluntas coegit, ut nudus in latebras in-  
feliciter fingeret? Sane coegit. Praepotens apud  
alienos, & affectus in suos, plerisque in amicitiam  
strinxerat omnium auxilij vinculis bene-  
ficij. Volubili fortunæ fluxu, causa fere ami-  
corum corona; etenim qui numeribus exul-  
tant grati; oculis benefactoris obiciuntur  
inimici; & caute Tobias fugit nudus oculos  
diligentem; ne in ostensionem verteretur

Tob. 1. 23.

Inopi in-  
cognitus.

auspiciam. Nuditas, quae antiqua dulcis fami-  
liaritas erat ab oblivione revocanda, fron-  
tem amicorum offenderet cum inopia. Si pro-  
fugus è latebris (quia dilectus) exiret; maxime  
intuitu nuditatis operende: ac cum oculo  
fascinet virus inopia; maluit quamrum-  
libet dilectus, latere nudus, quam parere non  
videndus.

Patet oculis non videtur.

Ex pelle leonis & folijs lauri aliqui  
somniaurunt homines invisibiles fieri. Somnia  
sunt: sed quod in signis delirium, erga signa  
re vera compertum. Leo dives est, invidiatur  
utique in abscondito, quasi leo in spelunca  
castrus est paupertatis miseria: ex hac pau-  
peris forte suavoris expectatrice, & veruta  
pelle leonis insidiatoris, coalescit invisibilitas  
pauperis. Philtri operationem aspice. Erat  
dives; qui indebatur purpura & bysso, &  
epulabatur quotidie splendide: imulque  
mendicans; qui iacebat ad ianuam eius ulerosus  
plenus. Dum superbit impius, incenditur  
pauper. Calamitas acrius pungit inutili af-  
fluentia epulonis, & amplior divitis erat exul-  
tatio proxima mendicitate inopis. Sors ab  
denique exitu nigrescit in avaro post fracti  
lenocinium, & nigra albescit in misero post  
paupertatis tormentum. Mortuus deportatur  
ab Angelis in Abrahae sinum, & dives se-  
pultur in inferno. Ambigua fortunæ frons  
patuit. Requies mendici ex merito, sublato  
auxilio: tanta mollis erat umbraticus hominis  
sustineri depedus, & tacere plus plagis su-  
perbiae, quam suis ulceribus vulneratus. Sed  
inquires: Quae dives è domo exibat? Per fe-  
neltram; quia per ianuam? Haec igitur. Quare  
ergo non dicitur vel semel vidisse nudum, ad  
ianuam eius expositum, & a fortuna projec-  
tum? Vidit? Ne. Vidit: sed a Luca minime  
perhibetur vidisse Lazarum; quia quasi non  
vidisset, inhumane subtrahebat auxilium.

Quomodo  
invisibilis  
fiat?

Luc. 16. 20.

Gravatur  
calami-  
tas inopi  
ex abo-  
litione  
non scilicet.

Pauper  
qui non  
levatur,  
non vi-  
detur.

Vidit, sed radio & infestis oculis, fa-  
scinatus nuditate. Vidit, & transiit: vacuque  
vacuum egenum transire, idem est ac non vi-  
dere. Verum quo pacto non vidit, ubi ad ianuam  
eius decumbat egenus & aeger? Erat  
dives. Horum oculi exacuuntur in pretiosa,  
ut lucentur: in pauperes vertigine repentina  
fascinantur: & Lazarus factus est invisibilis  
oblatui ingredientis, & egredientis, cum lace-  
ret ulerosus & nudus ad ianuam divitis. Quis  
vos fascinavit insensati divites, viscera aere  
concludentes in pauperes? Despicitis carnem  
veltram conspiciendo nudum, & auxiliari-  
cem revocando manum. Vos respiciunt spe-  
rantes, se aliquid à vobis accepturos; & fidi-  
diosi dimittitis inaniter vacuos: Respiciunt,  
ut respiciantur. Veltra interest: siquidem aliter  
cacuetis in gloria culmibus; nisi ten-  
dan-

Fascinat  
inopia.



dantur lumina ad suppetias nuditatis.

12 Clarior post nubila Phœbus, & Iobus. Obscuratum est aurum, sed non virtus, cuius inmutatus color optimus. Venerunt ad eum cuncti, qui noverant eum prius: & dederunt ei uniusquisque ovem unam, & inaurum unam. Munera hanc pretiosa. Ovem unam, & inaurum unam. Honoraria Principi. Ovis, significat subditum: inauris autem est auris ornamentum: offerunturque Regi post naufragium ovis simul & inauris; in signa benevolentia, & prudentis regiminis: siquidem ad iustitiam & ad gratiam unaquaque ovium auriculam debet impetrare Principum. Nemo innocens, si sufficit acufari. Ideo inaurum unam offerunt amici ad ovem unam. Non omnibus omnes, sed singula singulis; ne spes veritatis amittatur, ubi mendacium dicaciter promittitur: & innocens inauditus pateat vulnere, cum binæ aures dicat sint delatori.

13 Ovem unam & inaurum unam. Dona miranda! Inauris perforat aures, & vexatione nimia balant oves: dicanturque Iobus Principi ovis simul & inauris; quia perforare debet aurium Principum, quæcularum idibus balatus ovium. Aures autem perfectissimilhi, dicebat Regius Vates. Aliqui legunt: Perforasti. Ne imitar fervorum: Documentum est Principum: ut scient in folio, ac maieftatis gloria; est nobiliora, esse publica mancipia. Vide Plutarchum, Erasmus, & Conradum Lycosth. in Apophthegm. Verum quid aurium perforatio cum Principis perfectione, ut in illo dicantur perfecta, si perforate? Suppetit. Perforantur aures Regum clamoribus subditorum: & vulnere dicantur perfecta; audita calamitates quoniam nulla Principi maior perfectio, quam ad ovium querimonias, habere ferè semper aures apertas. Pro Perfectissimilhi Paulus vertit: Aptasthi. Id est, dedisti: quippe quasi corpus careret auribus, modo non perforantur subditorum doloribus. Sed nota: Paulus ait: Corpus aptasthi. David: Aures perfectissimilhi. Aures accipiuntur pro toto corpore in Principe: merito quidem; quoniam clade subditorum inaudita, non erit corpus Principis, sed phantasma.

14 Aures perfectissimilhi, & Mibi addit. Mihi, quia gloria Regis levamen pauperis. Non aliter aures aptantur Regibus: siquidem recordantur vulnere inauris, quid questus ovis. Usus inaurum apud Orientales communis est. Constat ex Sacra Pagina Iudic. 8. v. 24. In simulachris Deorum, Genes. 35. v. 4. in statuis, Plin. lib. 9. cap. 55. & lib. 11. cap. 37. Insignia erant magnatum. Plaut. in Pœnulo Act. 5. Scen. 2. v. 21.

Incedunt cum annulatis auribus.

Et Lucilius. Nequa est, auribus aures cuius vehementius ambit. Unde iocus Ciceronis in Afrum: Atqui aurem foratam habes. Vide Servium in Virgil. 1. Æneid. de statu Achillis. Iobi uti Regis perspicua merita præsignantur in nubibus. Inauris pendebat ab auribus. Solutium plane miseris in adversa fortuna: quandoquidem non permanebit adversa, scientibus singulis, clamores ipsorum non tantum ad aures Principis pervenire, sed perforare, & pendere. Satis digressi fumus. Ad rem ergo. Fœminis propter cerebri humiditatem, & humoris superflui abundantiam, ne hemicrania laborent, & lumina obscurentur uligine; conceditur usus inaurium, quibus multoties suspenditur patrimonium. Ergo inerat discrimen amittendi oculos, Principi claudenti auditum, vel vacuo inauribus. Profectio: oves pauperes sunt invite, quia pauperes. Balant, & errant requirentes ovilia: & Pastor Principi, cui committuntur oves, dicantur inauris; ut pondere gravata auricula, non repulsa querimonia, qui constituti sunt Principes, perspicui videntur oves laboribus & nuditate balantes.

15 Acute prospexit Prodigii Pater: nam ovem errantem, quæ perierat, cum adhuc longè esset vidit. Laterones Iesum nudum, & lobum (ut notavimus) a longè noti viderunt. Oculi patris (erant patris oculi) longè stantem vident nudum: ita ut misericordia motus, quamprimum diceret: Induite illum. Nudum induit, ergo vidit. Quomodo ita aspicebat, quem nullus viderat, nec videre poterat? Pater ad ovis amissa vocem habebat inaurum, ut debebat principem: & nudus, qui omnibus invisibilis, oculis a longè patefactus est paternis; quoniam inaurium gravamine auricula perforata, acuit ad nudas oves luminum lumina.

16 Vulgivate primates accipiunt inaurum, ut ornatum auribus, & minime ut levamen ovibus. Inaurum in cultu, rejicientes ovem; propter quam inauris; quia gravado: verum misere nesciunt gravedinem tolli ovium, pondere inaurium. Non pertinet ad eos de ovibus, si nudate sint velleribus. Sanè exaccantur, ubi nudas aspiciunt: atque in splendore & pondere inaurium, quis obstruitur visus; quaritur nitor, & excutitur pondus. Ita (Proh nefas!) cæci stant, & surdi ad clamores miserorum, & oves nude sine auxilio procedunt. Terra, ut vidimus, vocatur caro nostra propter peccatum invisibilis & invisita. Iam videtur: ait Augustinus Serm. 235. de Tempor. Sed quare? Assumptione Domini invisibilis facta est. Primos parentes assumptione

Plaut. Lucil. Cicer.

Clamores ovium perforare debent auriculas Principum.

Ut audiunt, & perspicui videntur.

Luc. 15. 20.

Acuitur visus pudente & passionis.

In onere dignitatis ferè rejicitur onus.

August.

Tob. 41. 11.

Audiat Princeps subditorum vocem.

Sed quomodo?

Psalm. 39. 7. Bibi. Max. Rex micipium publici.

In quo aures aperta. Hebr. 10. 5.

Doloribus perforata.

Usus inaurium apud Orientales.

ne humanitatis ditavit, nudos cooperuit, in pristinum statum abiectos nuditate restituit: reddidit visibiles hominibus homines, qui præ miseria & tremebant latitantes. Iam non dicitur, ubi es Adam? Dum caro videtur, videtur & Verbum: exclamat Ambrosius lib. 2. in Luc. de quo specialis sermo Tautolog. 4. Didasc. 4. Ego autem: Dum Verbum videtur in carne, humana caro videtur, quia tanta dignatione humilitas exaltatur. Caro videtur & pauper prospicitur: igitur viscera confortentur, & egeni miseratione iuvantur. Non ignarus mali miseris succurrere discit, & frigore tremit, ne nuditas inter Christicolos laudetur, & algeat.

DIDASCALIA VII.

Est aliquid quod tendis, & in quo dirigis arcum?

1 S Ententia sanè digna maiore Dōctore: quam protulit Persius Satyr. 3. sine fine non operatur rationalis. Est ne aliquid quod tendis? Est, vel arcum in frustra dirigis? Primum ab homine contemplandum, Quod ipse sit, quid intra se, quid extra, quid supra, quid infra, quid contra, quid ante, quid postea: ait Ioannes Sarisburiensis in Symbolo. Si non ita, in casum dirigitur arcus, & frustratur intuitus. Stertis adhuc? Laxumque caput compage soluta Oscitat bestiarum? An passim sequeris corvos?

Atque ex tempore vivis? Elleborum frustra, cum iam cutis agra tumebit Poscentes videas. Venienti occurrere morbo. Subdit Persius ubi supra. In grandi hac Republica, seu gyrgatho mundi uniusquisque desipit; sed non omnibus infania eadem. Ille sinistrorsum, hic deorsum abit, unus utriusque Error, sed variis illudis partibus omnes. Ait Horatius lib. 2. Serm. Contemplator insaniam apud Senecam de Brevit. Vita, cap. 17. Nova occupationes veteribus substituntur: spes spem excitat, ambitionem ambitio: miseriarum non finis queritur, sed materia commutatur. Nostri nos honores torserunt. Plus temporis alieni auferunt. (Ambitio umbratica, qua fovetur tot sæculis quasi inexcusablem humana gloria.) Candidati laborare deservimus? Suffragatores incipimus, &c. Vanas occupationes refecant Stoici verba, ne sollicitudinis labe fordescent maxime religiosa corda. Repulli sunt a Christo impetus ambitionis filiorum Zebedæi, & audientes decem indignati sunt de duobus fratribus: (perpa-

Pers. Quod perfecta cogitatio sui necessarium!

Ioann. Sarisb.

Pers.

Horat.

In ambitione non finis que ritur, sed materia commutatur.

March. 20. 14.

ram zelus, qui non indignatur de ambitione sed de fratre: siquidem in delinquentes diriguntur flagella, & non in crimina: de quo Tautolog. 6. Didasc. 6. ) de duobus fratribus indignatis decem; illic facta est contentio inter eos, quis eorum videretur esse maior. Patet causa, cur de duobus ceterorum indignatio: cum inter eos sit de maieftate contentio: igitur cum dignitas a prociis videtur; ambitio ambiciosos ambitione detestatur: inquit Novarinus in cap. 20. Matth. num. 1037. Calcant uti Diogenes (vide Erasmus in Apophth. lib. 7.) superbia, sed alia superbia caicant. Nemo sapit capite alieno: imò uti Phryges nec proprio. Non finis miseriarum queritur, sed materia ambitu irrequieto contentiosè commutatur. Quare ergo? Quia hoc aliquid nihil est, in quo dirigitur arcus. Ideo insipienter labant, corrumpunt, at infelicibus in miseris non subsistent.

2 Cunctis diebus suis impius superbit; superbe dixit Eliphaz in Iobum. Sept. Interp. & Biblia Complutensis. Cunctis diebus suis inquietus infatuatur, & evanescit in solitudinibus. Satagentis cordis altus (motus fiderum errantium, fructus feri maris, fluxus & refluxu rerum temporalium, despumantis tuas confusiones) mirifice pingitur, ut quietat hiat; sed officians nunquam quiescet. Sityphi more saxum volvit, & pondere gaudet.

Seneca. Gestandus humeris: Senec. in Thyest. Act. 1. v. 5. Attollit ignara sorte oculos ad evanite nitore fucata, nullumque saxum intactum relinquit, ut lucretur aërea. Chamæleontis more aviditate hiat. Compos voti fit, & non fit compos: quoniam in tot periculis constitutum, haud concipit optale nil præter ventum.

Excusaretur tamen semel dec eptus, ac in discriminum iactu dolose infusus: verum legatur periculo, & hæret placide luto. Non ille ire vult; sed non potest stare; non aliter (altruit Seneca Epist. 94.) quam in præceps decerit pondera, quibus eundi finis est iacuisse. Non considerat, ut potè temporalia transire bona, sed dextre pertinacia nanciscenda. Non cogitat, an fors secunda deterior, sed feliciori; quasi largitura profuse proximo iactu, quod cæcè perturbatione priore ioco. Pericula imminet, sed feruntur. Aspera occurrunt, & subsistentur. Cadit, cadit, surgit, mergitur, natat, & adhuc oscitat. O miser! Site. Non quiescet ambitio, eundi finis est iacuisse. Volitat ante oculos species desiderabilium fuorum, & extendit albis visceribus manum. Apprehendit denique dum species transiit, & apprehensione evanescit. Futilitate muneris

Zelus ut expellat crimen, amplectitur delinquentem. Luc. 12. 24.

Ambitio ambitio- nis exci- tatur. Novar. Erasim.

Iob 15. 20. Sept. B. bi Compl.

Seneca.

Labore gaudet.

Senec. Et infatuatur.

Responsentia desipit.